



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lacrimæ Orbis Universi, Post Primam Protoparentum
nostrorum E Paradiso Exulum culpam, exortæ, In
Universim Genus Humanum, traduce reatu propagatæ,
Ruptis animorum abyssis, Laxatis cordium fontibus, ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, Anno 1689

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit
Dominus vocem fletûs mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam:
Dominus orationem meam suscepit: Psal. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38152

am me, atque eligam te, & nec tibi, nec mihi placeam,
 de te. Tibi ergo Domine manifestus sum, qui-
 que sum; & quo fructu tibi confitear dixi. Neq;
 id ago verbis carnis & vocibus, sed verbis animæ,
 clamore cogitationis, quem novit auris tua. Cùm
 malus sum, nihil est aliud confiteri tibi, quàm di-
 licere mihi. Cùm verò pius, nihil est aliud confiteri
 quàm hoc non tribuere mihi: quoniam tu Domine
 benedixisti iustum, sed priùs enim iustificas impium. Con-
 fiteor itaque mea, Deus meus, in conspectu tuo tibi ta-
 ceat, & non tacitè: tacer enim strepitu, clamat affe-
 ctu. Nequè enim dico recti aliquid hominibus; quod
 non à me tu priùs audieris: aut etiam tu aliquid tale
 dicis à me, quod non priùs mihi tu dixeris.

**Dilcedite à me omnes qui operamini ini-
 quitatem: quoniam exaudivit Dominus
 vocem fletus mei. Exaudivit Dominus
 deprecationem meam: Dominus oratio-
 nem meam suscepit: *Psal. 6.***

Quid mihi ergo est cum hominibus, ut audiant con-
 fessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint omnes langvo-
 res meos? Curiosum genus ad cognoscendam vitam alie-
 nam; desidiosum ad corrigendam suam. Quid me
 querunt audire, qui sum? qui nolunt à te audire, qui
 querunt? Et unde sciunt, cùm à me ipso de me ipso audiunt,
 verum dicam: quandoquidem nemo scit hominum,
 quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso
 est

* S. Augustinus lib. 10. Confess. cap. 3.

est? Si autem à te audiant de seipsis, non poterunt
 re, mentitur Dominus. Quid est enim à te audire
 se, nisi cognoscere se? quis porro cognoscit, &
 falsum est, nisi ipse mentiatur? Sed quia charitas
 credit, inter eos utique, quos connexos sibi me
 facit, ego quoque Domine etiam sic tibi confiteor,
 audiant homines, quibus demonstrare non possum
 vera confitear, sed credunt mihi, quorum mihi
 charitas aperit. Verumtamen tu, medice meus in
 quo fructu ista faciam, eliqua mihi; Nam confessio
 præteritorum malorum meorum, quæ remisisti &
 xisti, ut beares me in te, mutans animam meam
 sacramento tuo, cùm leguntur & audiuntur, exci
 cor, ne dormiat in desperatione, & dicat, non poss
 sed evigilet in amore misericordiæ tuæ, & dulet
 gratiæ tuæ: qua potens est omnis infirmus, qui sibi
 ipsam sit conscius infirmitatis suæ: Et delectat
 audire præterita mala eorum, qui jam carent eis;
 idè delectat, quia mala sunt; sed quia fuerunt, &
 sunt. Quo itaque fructu, Domine Deus meus,
 quotidie confitetur conscientia mea, spe misericordiæ
 securior, quàm innocentia suâ. Quo fructu, qui
 etiam hominibus coràm te confiteor per has literas,
 huc quis ego sim, non quis fuerim? Nam illum fructum
 vidi, & commemoravi. Sed quis, adhuc sim, eorum
 ipso tempore confessionum mearum, & multi hoc
 se cupiunt, qui me noverunt, & non me noverunt,
 ex me, vel de me aliquid audièrunt, sed auris eorum
 non est ad cor meum, ubi ego sum, quicumque
 Volu

Volunt ergo audire confitentem me quid ipse intus sim: non nec oculum, nec aurem, nec mentem possunt intueri: credituri tamen volunt, nunquid cognituri? Dicit enim eis charitas, qua boni sunt, non mentiri me, me confitentem, & ipsa in eis credit mihi.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.
Psal: 106.

Primum animæ ornamentum confessio, quæ & peccatorem purgat, & justum reddit purgatorem. * Si peccata sunt, in confessione lavantur: Si bona opera, confessione commendantur. Cùm mala tua confiteris, sacrificium Deo Spiritus contribulatus: cùm Dei beneficia, immolas Deo sacrificium laudis. Absque confessione justus judicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Confessio igitur est peccatoris vita, cuncti gloria. Video David dicentem: Peccavi: Et audiens: Transtulit Dominus peccatum tuum à te, non morieris. Considero Mariam, si non verbis, tamen operibus publicè sua crimina confitentem, & Dominum pro ea respondentem: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Respicio Principem apostolorum negantem timidè, amarissimè flentem, Christum illum respicientem. Felicem latronem in teor se accusantem, Christum excusantem, & Dominum promittentem: Hodie mecum eris in Paradiso.

* S. Bernardus serm. de 711. grad. Confess: fol. 1707.